

Faustæ acclamations
quibus. Viro plurimum
reverende & præ[?]rissimo,
d.m Sa...

Gyldenstolpe, Michael Olai Wexionius,

*1 Ic 1650 (1651) Enander, Samuel
Nicolai*



National Library
of Sweden

FAUSTÆ ACCLAMATIONES

Quibus,

Viro plurimum Reverende & præclarissimo,

D. M. SAMUELI
ENANDRO,

Ante hac *Suetica* Militiæ per Germaniam Superintendēti; nunc v. *Calmariënsis* Diæceseos administrationem. In augustissimis Comitijis *Holmënsibus* adsolemnitatē Regiæ coronationis coactis, Clementissimo S. R. M. tis nutu & communibus Cleri votis, favente *Altissimo* Numine, Mense Octobri, Anni 1650 demandatam, felicem atq; prosperam congratulantur atq; comprecantur.

Amici & Clientes

In Regiâ Aboënsi Academiâ.

I. cor: 14. v. 33. & 40.

In Ecclesiâ omnia fiant ordine & decentèr.

ABO Æ. Imprimebat Petrus Wald/ Anno 1651.

1650

SALVE Calmariae Præsul Clarissime Salve;
Convictor quondam competitorq; pi-
Novi quàm bene sis studio versatus in omni,
Quàm constans, vera quàm pietatis amans.
Quis zelus celebris vidit Germania nuper;
Hinc rursus PRÆSUL nunc merito, ecce, cluis,
Pasce gregem, quem committunt tibi publica vota;
Vivens ac moriens clarus ENANDERis!

Amicorum intimo,

Quondam ô per gratè & in studijs com-
militoni, Fautoriq; honorando brevi
carmine prolixum affectum de-
clarare volui

MICHAEL Gyllenskalpe WEXIONIUS,
Jur. D. & Prof. P. Aboæ.

Jungo meum votum; Praclare Patrone, tuum sit
Christicolo regimen proficuum usq; gregi!
GABRIEL MICH. Gyllenskalpe.

Sit tibi, Promotor Superintendentia magnè,
Hacce Secunda, precor ritè Secunda! Vale
NICOLAUS MICH. Gyllenskalpe.

FRatribus ut fueras, sis mi simul usq; benignus;
Et felix PRÆSUL jugiter ipse vige.
DANIEL MICH. Gyllenskalpe.

Dna



Ductorem egregium velut agminis ordo requirit,
Quiq; aciem sistat bellaq; ritè gerat:
Sic quoq; Rectorem clarum poscit sacer ordo
Mystica qui calamo vindicæ bella gerat;
Ignivomum Satanam propulsans dogmate sacro
Ne sibi collatum lædat Ovile Dei.
Præsulis hinc munus tibi tradit sacra potestas
Ut præsis clero cum pietate gravi;
Doctrinâ, exemplo, præclaris consilijsq;,
Ut doceas summi dogmata ritè Dei.
Salve Mecenas, Præsul dignissime Salve,
Clare Vir & Sacri Gloria prima chori.
Vive diu felix vigeat tua fama perennis,
In terris celebris, gloria magna decus:
Hos Tenues versus placidâ pervolvito mente,
Meq; clientem inopem respice, quæso, tuum.
Hæc Gratulabundus in debita subjectionis signum posuit

OLAUS BOTHVIDI WALLENIUS.



URbs est Calmarix multorum flamine pulsa,
Sapius ingenti tristia quaq; ferens.
Et nuper magnum quoq; sensit illa dolorem,
Quando gravem rapuit sors inimica virum:
Scilicet eximium Sophixæ fulcrum NICOLAUM
Theologiç; chori (dum fuit ille) decus.

A 2

Illius

Illius ast votis aspirat mitior aura,
Mæstitiæ subito nubila signa fugans.
Rectorem Cleri summus cum Rector Olympi
Mittit præclarum percelebremq; virum
Jubila læta canunt gratanti pectore cuncti
Calmarix indigena, docta caterva virum,
Olim Mæcenas, præclaro es munere functus,
Magne, velut qui vis ritè referre potest.
Nuncq; tibi porro defertur Episcopo munus
Eximium; Monstrans te pietate grave m.
Sic tua te virtus præsul Reverende coronat
Laude vehens celsi summa sub astra poli.
Gaudia quanta capit Mæcenas, Musa Clientis?
Parturit ut pandat carmina læta, tibi.
Sed quia non dextro Musa aspexere puellum
Lumine: Nunc votis pondus inesse velit:
Vive Pater Reverende precor bona tempora canè
Nestoris, & cætus Pastor amande Dei.
Te capiat Christi doctas Ecclesia servos
Præfule, te patriæ Tempa scholæq; canant,
Meq; tuos inter numeres, patrone colende,
Musa rogat; Valeas Tempora longa precor!

Animitus.

JONAS LAUR: LACUSINIUS
Calmarientis,

Cal



Calmariensis nunc *Superintendentia* gaude;
Namq: quod ereptus *Prasul* amicus erat;
Ecce ENANDER adest *Superintendens* tibi fidus;
Huic tutò credas *Templa, Scholas, animas,*
Huic equidè certum est me totum tradere *Patri*
Patri cui cordi sit mea tota *salus*.
O *Salve Reverende PATER, fautor studiorum.*
Salve, fac curæ sim tibi, sintq; mei.
Nota polo virtus *Arctoo* Splendet ENANDRI,
Afflictum quæ me corde bono esse jubet,
In *Patriam* revocans: huic annuo, jussa secutus;
Tu modò promissis stes precor, usq: precor:
Laudes sic cantabo tuas, ENANDRICA virtus;
Hæc mortalia dum *Spiritus ossa* foveat.
Ergo mobilitate vige, viresq; meando
Collige, doctorum docta per ora vola,
Ingrediare iolo, caput inter *Nubila* condas
Cultoremq; tuum, sic mea *Musa* vovet!

*Hæc paucula in animi gratulabundi indicem &
in studiorum meorum promovendorum
spem, reverentè & submissè
inscribo ac offero*

JACOBUS JOH. FORLADIUS,
Calm. - Smolandus.

*Actenus ut luxit celebrem Calmaria adeptum
Ductorem cleri, Theiologumq; gravem;
Sic nunc exultat lætâ sub fronte triumphans
Illi quando novum præficit Alma Trias,
Insignem Pietate virum, clarumq; Magistrum,
Magnum virtutis Præsidiumq; decus,
Quem decorat gravitas, Quem comi gratia vultu
Ornat & ingenuus candor & alma fides.
Salve Meccenas, Salve Præful Reverende,
Eximium Sophiæ, Theologiæq; decus.
Omne ter fausto commissum dirige clerum,
Ut vigeat cultus numinis usq; Sacri,
Pasce gregem Christi Sincero dogmate verbi
Floreat ut summi Gloria magna Dei.
Quod Superest roveo supplex, dignissime Præful
Ut Salvus vigeas incolumisq; diu.
Atq; meis faveas studijs, Præful Reverende,
Portum quo valeant tangere propositum.*

*Debitæ observantiæ contestandæ
ergo apposuit*

STEPHANUS STEPH. LIPPIUS.

*Quem te memorêm vel quo te carmine laudêm?
Musarum columen, Pieridumq; decus,*

Cl-

Clarus es & veteri Gotthorum è Sangvine natus.
Inclita quos virtus vexit ad astra poli,
Hinc pulchras teneris artes Sectatus ab annis.
Crederet ut *clarum nomen* in orbe *tuum*.
Porro Magisterij decoratus laude per ampla
Quam meruit virtus, alliduisq; labor.
Inde professoris perfunctus munere clarò
Discipulis promens divite dona penu.
Ingenij ob dotes dehinc *pastor* ritè creatus.
In mentes hominum cœlica verba Serens.
Jamq; novo gaudes titulo *Præclare Magister*
Sic te ipsum virtus summa sub astra vehit.
Scandere sic fas est summa ad fastigia rerum,
Cum iubeat summus Rex hominumq; parent.
Vive diu felix multos per Nestoris annos,
Calmarie Præses, Pastor & Eximie.
Hoc precor, hoc voveo lætos de pectore toto,
Annuet his votis cunctipotensq; DEUS.

OLAUS LAUR: HALENIUS,



EN velut est Sacri, Deus ordinis optimus autor,
Qui primus docuit dogma Salutiferum;
Sic quoq; Sinceros verbi vocat ille ministros,
Inquè suo quemvis collocat usq; loco.
Eximiumq; tibi munus tradit Pat^{er} *Imus*,
Sacris ut præsis sedulitate gravi,
Exornes Spartam Gnavus, Clarissime Præsul,
Crescat ut inde Dei gloria; Laus & honor.

Cum

*Cuncta tibi ut cedant, Mecænas, faustitèr opto,
Aspiret captis cunctipòtensq; Deus,
Vivito ter felix cuncta per tempora vita
Calmariæ Præses, vive valeq; diu.*

Debiti honoris & humilimi affe-
ctus contestandi Ergo
apposuit

JOSEPHUS O. FORLOSENIUS.



EXoptata venit tibi lux Calmaria Clara,
Pectora lætitiâ gaudia fusa sonant.
Nam Reverendus adelt Præsul multumq; celebris,
Clarius Philosophus Theologusq; gravis.
Hunc nobis misit Clemens divina potestas
Dirigat ut Sacrum more decente chorum.
Clare Magister ave SAMUEL, dignissime præsul
Salve Musarum fautor amande diu.
Sit longæva tibi vita & felicior ætas
Cana: Precor supplex: Suscipe vota DEUS!

*Hocce tenui licet rudi Minerva sub-
missè adjecit*

ANDREAS O. GARDINUS
Calmariënsis.

